



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 38. Indulgentiarum corruptelæ a Luthero adversariis suis objectæ

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66414)

Sæcul. XVI. culpam expient, nec in illis, qui per con-  
A.C. 1517. tritionem perfectam ad plenam remissio-  
 nem jus habent, quicquam remittere pos-  
 sint, denique satius fieri inquebat, si fi-  
 deles ad peccata per propriæ poeniten-  
 tiæ labores delenda admoneantur.

## §. XXXVIII.

*Indulgentiarum corruptelæ a Lu-  
 thero adversariis suis ob-  
 jectæ.*

Postmodum ad propositiones, quas ad-  
 versariis suis affingit, nec non ad a-  
 busus, quos in illis reprehendit, progre-  
 ditur, affirmans, & quidem haud imme-  
 rito, perperam ab eis doceri, quod in-  
 dulgentiæ a culpa, & tota peccati pœ-  
 na liberent, ita, ut anima e piacularibus  
 flammis eripienda mox datis quibusdam  
 eleemosinis ad cœlum evolet, atque illi-  
 co peccator harum ope absque aliis bo-  
 nis operibus in Dei gratiam redeat.  
 Præterea eos insimulat, quod contra Pon-  
 tificis mentem populo exactiones impo-  
 suissent, & in aliis Ecclesiis sermones ha-  
 beri prohibuissent, ut majorem auditorum  
 frequentiam sibi indulgentias prædican-  
 tibus conciliarent; nec minus de eis af-  
 seruit, ipsos non sine fidelium offensione  
 prædicasse, quod Pontificis indulgentiæ  
 tantam haberent vim, ut etiam illius pec-  
 catum,

catum, qui, si fieri posset, Matrem Dei <sup>Secul. XVI.</sup>  
 stuprasset, remittere valerent: Crux au- <sup>A.C. 1517.</sup>  
 tem Papæ insignibus ornata adæquet  
 Crucem Domini. Denique dicit Lutherus,  
 quod hi Præcones tanta utantur hæc  
 indulgentias promulgandi licentia, ut po-  
 pulus quæstiones ingerat, cur Pontifex  
 charitatis debito cunctas animas ex pur-  
 gantibus flammis non eripiat? quare pro  
 defunctis anniversaria celebrari permit-  
 tat, si illi per indulgentias certissime li-  
 berantur? denique quam ob rem Papa,  
 cum opibus abundet, fidelium sumptibus  
 Ecclesiam construat; si enim in dispen-  
 satione indulgentiarum non nisi salutem  
 animarum procurare dicatur, cur vete-  
 res condonationes non minus efficaces  
 suspendit? Addit insuper Lutherus, quod  
 ejusmodi quæstiones nunquam in men-  
 tem venissent, si indulgentiæ juxta men-  
 tem Ecclesiæ annuntiatae fuissent; tan-  
 dem se illas nec aggredi, nec evertere  
 simulans, in septuagesima prima propo-  
 sitione hunc in modum se exprimit: *Si  
 quis Pontificis indulgentiarum veritatem ne-  
 gaverit, anathema sit.*

## §. XXXIX.

*Lutheri errores de Justificatione, &  
 Sacramentorum efficacia.*

Denique Lutherus ad alios duos arti-  
 culos transiens, propugnat, quod ju-  
 stitia,